

h. 10, 27.

Vd
1857

De
Auspicato Thermarum Töppliciensium usu
in Bohemia:

Neuhufii Conventu Serenissimo

Itidem in Bohemia:

Nec non

Peraçto feliciter Senatus Consilio

Fraustadii in Polonia,

Serenissimo Potentissimoque Principi ac Domino,

DOMINO

FRIDERICO

AUGUSTO,

Regi Poloniarum, Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae,
Mazoviae, Samogitiae, Kyoviae, Vollhiniae, Podoliae, Podlachiae, Liff-
landiae, Smolenciae, Severiae, & Ztcernicoviae, Duci Saxoniae, Juliaci,
Cliviae ac Montium, Angriae, & Westphaliae, Sacri Romani Imperii
Archi-Mareschallo & ELECTORI, Landgravio Thuringiae, Mar-
chioni Misniae, ut & Superioris & Inferioris Lusatiae, Burggravio Mag-
deburgi, Principali Dignitate Comiti Hennebergico, Comiti
Marcae, Ravensbergico & Barbicnsi, Domino
in Ravenstein,

Domino suo Clementissimo

Cum Voto Devotissimo

Humillima animi Subjectione

Panegyrico Carmine,

submississime
gratularur

M. GOTHOFREDUS SCHMIDIUS, Dresd.

Stollbergensis Ecclesiae Pastor Primarius, & Ephoria
Chemnicensis Adjunctus.

Mense Septembri, MDCCXXXVII.

DRESDÆ, impressum typis CRUSIANIS.




Serenissimo Potentissimoque Principi ac Domino,
DOMINO
FRIDERICO AUGUSTO,
Poloniarum Regi, Magno Lithuaniae Duci,
Saxonum Electori,
Patri Patriæ
Clementissimo.
D. D. D.

AUCTOR,

PAscua non jam jam canto, ruralia & arva,
Orditur maius Musa pedestris Epos.
AUGUSTUM canto. Quem culta POLONIA REGEM
Suspicit ut PATREM: TERTIUS ille cluit,
SAXONIÆ haut minor est Pietas. Veneratur & illa
AUGUSTUM PATRIÆ ceu pia ROMA * PATREM.
Carmen & est mihi jam REGINA MARIA JOSEPHA,
AUGUSTI CONIUX, AUSTRIACÆQVE DOMUS
Sidus inocciduum: Carmen mihi SACRA, jacensque
AMALIE, in Viduo, DIVE JOSEPHE toro.
FRIDRICUSQVE mihi Carmen, qui REGIUS HÆRES
ENSIS & est RUTÆ: & REGIA TOTA DOMUS,
Sunt tria quæ canto. Fabii lassare disertii
Ora queunt, ora & vel tua, clare Maro.
Inclutus AUGUSTUS THERMAS cum CONIUGE SACRA
Sidere quod placidò foverit Ipse suo.
Et quot sunt in Te SOLES, STELLÆQVE coruscæ
Conspectæ NEUHAUS: NON DOMUS: IPSE POLUS.
Actaque FRAUSTADII coelò ridente sereno,
NON OPIS HUMANÆ: NUMINIS ISTDUD OPUS.
Ac licet hæc mea se pallentibus inferat umbris,
Attamen AUGUSTI SIDERE, Musa micat.

* SYETON, in *Vita Octav. AUG.* c. 58, p. 70. Edit. Casaubon.



*Valiter excelsas sublimi Vertice turres
Et summos feriunt pulsantes sidera montes
Fulmina: Testis ades Turri mea DRESDA,
corusca.*

*Et Cruce signata, nuper d) modo fulmine tacta,
Nec tamen ac olim, 2) fuit hæc clementia cæli
Valdè inclementis ! feralibus ignibus hausta,
Taliter & Regum mortalia corpora morbi,
Ac genus haut unum, factò velut agmine, dirum.
Infestant, Regum & spatiosa palatia pulsat
Haut minus, ac tenuis mors pallida tecta Coloni
Non remorante pede. Ast careat res omine scævò!
Nam cum mortiferà certat prædulcis Hygeia
Morbonà, duros vario medicamine pellens
Languores, herbas virides, præeunte Galenò,
Atque salutiferos propinans ritè liquores,
Abdita nunc pandens abstrusæ regna Chymix,
Nunc & vivifici saliant hinc indeque fontes,
Et sua suppeditant & pocla, & balnea Thermæ,*

A 2

Omnia

1) Die 19. Julii c. a. erat verò dies ista pœnitentiæ publicæ, post finitam Concionem antemeridianam, in Templo Crucis, media inter Cantica devota.

2) Anno 1669. die 29. Aprilis. Vide ANTONII WECKII Chrononica Dresdensia, fol. 200.

*Omnia dispositè sic procurante Tonante,
Arbitrio cujus Regum stat vita, caditque.*

*Jamque ubi purpureis spirantes floribus hortos
Frondosumque nemus, tum prata Virentia Maius
Pingit, maguanimus Thernas meditatur & undas
AUGUSTUS celebres, Bojema ubi nubibus infert
Terra caput Töpplicenses: Diademate fulgens
It comes, & tali pariter se proluit undâ
AUGUSTA AUGUSTI Coniux, Clarissima CLARI
Et Comitatis Pietas, & mens devota per Orbem
Vulgatur, scaturit fons ipse salubribus undis
Largior, Hospitibus deque His lætatur ovatque
Magnis, limpidiusque fluit, pretiosior aurò.
Non sic Blandusiæ 3) Venusino nempe Poëta
Splendidior vitro, fons sic exsplenduit, atque
Splenduit ad Regum splendorem: Quale refulsit
Et decus & splendor nullò delebilis ævò,
In Te Töpplicium jam, 4) cum tua limina Magna
AUGUSTI Genitrix, CHRISTIANÆ nomine gaudens
Atque EBERHARDINÆ, cælo dein Diva recepta,
Intraret, Schmidi seqveretur & umbra Parentis,
Cui curas animæ commiserat Ipsa, benignè
Regalis. Videas celebrati fontis ad Undas
Confluere assiduos ægros, remeare valentes,
Ac hos inprimis, vexat quos dira Podagra,
Aut cum Feltmanno 5) docto, quos Diva Podagra,
Non sic AUGUSTUS. Levat hic non languida fonte
Membra. Sed integro solidæ stant corpore vires,
Firmatæ magis ac magis. Vt Rex ipse Volantum,
Lætior exsurgit renovatis viribus, alas,
Cruraque, cum rostrò si quando reformat aduncò.*

An-

3) HORAT. LIB. III. Carm. Od. 13. 4) Anno 1693. Mense Augusto. 5) GERHARDUS FELTMANNUS scripsit librum singularem, de Dea Podagra Vid. TENTZELII Colloquia mensura Mense Sept. 1693. p. 703. seq.

*Ante tamen tua quam Töppliz miracula aquarum
Undosumq̃ Vadum, quò pollulat igneus humor,
Visere delectat, quas & DEVS indidit almæ
Naturæ vires, suavi contingere tactu,
Enthea vis alio prius avocat, & trahit instar
Ad tua Neuhusi, contermina limina Pragæ
Magnetis, Nec enim sic fulgurat ignibus axis
Ætherius, nec sic Phœbi nitidissima lampas
Stellarumque chorus gratissima lumina spargunt,
Et colles, vallesque fovent, & amœna Vireta
Hortorum, irriguus simul ac descendit Olympò
Imber si quando ; quam te recreantque foventque
Tot Soles, ac tot Stellarum fulgida Neuhaus
Lumina: nec parcè descendit & Aureus Imber.
Non ignota loquor. Præit venè longa micantum
Stellarum series: majori luce refulgens
FRIDRICUS, Magni spirans & imago Parentis,
Ruta cui se se facilis submittit & Ensis,
Et qui XAVERII rarò cognomine gaudet.
Ad regnum natus : CAROLOSque & nomine , reque
Excelsos referens Princeps : stellasque coruscas
Regales Natæ longe majore nitore
Vincentes: Post hæc mox Cæsare Nata, MARIA
JOSEPHA, AUGUSTI Conjux AUGUSTA Polonum
Regina ingreditur: cumque hac procedit ab axe
Sarmatici AUGUSTUS Sol fulgentissimus Orbis,
Pallentes rutilò perfundens lumine terras.
Haut mora. Perque urbes, Arces tractusque Viarum
Mens devota Virum plenis se effundit habenis
Undique. Dirnea Comes Illustrissimus arce
Obvius it Wratislavius, precibusque peractis
Submissis, venerans Capita Angultissima, Prolem*

*AUGUSTAM, totam & lætissimus excipit Aulam,
 Prandia lauta parans, Factam Domuique Salutem 6)
 Prædicat: interea propius propiusque propinquat
 Austriacâ exoriens radiosum nempe Vienna
 Astrum Cæsareum, Conjux Viduata JOSEPHI,
 (Hunc ostenderunt tantum fata invida terris;)
 AMALIE, ac umbras dum Vespera 7) spargit opacas,
 Lumine Neuhufii collustrat limina magnò.
 Felix Neuhufium! felix Tscherninia Sedes 8)
 Illustris Comitum! tot Lumina Lumen adorant
 In Te Cæsareum, paupers venerantur & ulnis,
 Rursus & AMALIE, Florentem hanc quippe 9) Coronam
 Mirabunda videns, nequit exsatiariet Alta.
 Adsurgunt mox ac ingentia nomina, Schafgotsch,
 Heros, Supremus Bohemum Burggravius audit,
 Zinzendorffius & Tua Brünn Castella Gubernans,
 Submissique edunt animi documenta decenter.
 In Danaës, coelò quod se demiserit altò
 Juppiter ipse sinum, subito conversus in imbrem
 Auratum, cesset Vatum jactare profana
 Natio, vesani spargens Commenta cerebri,
 Gemmeus ast in Te descendit & aureus imber
 Haut fide Neuhaus, pluviò recrearis & aurò
 AMALIÆ AUGUSTÆ, tali & Caput imbre madescit.
 AUGUSTI Sacrum, cumulatque Nepotibus, Aulà
 Saxonis Eniferi prognatis, Sanguine cretis
 Cæsareo, largè dona aurea maxima cunctis.
 Admiranda. Tamen longè præcellit at ista,
 AUGUSTI divina manus, non imbre, sed auri
 Flumine præcipiti turgens. Tagus aurifer undas
 Volvat, & aurimicas dives despumet arenas*

Dexte-

6.) Respicitur ad ingeniosissimam portæ atrii superadditam Inscriptionem, hunc in Modum conceptam:

*EX INVITV Regis & Reginae,
 PsLonæ Ingens Salvs
 DoMVI Facta est.*

7.) Die videlicet 24. May a. c. horâ vespertinâ Octavâ. 8.) Hanc enim in arcem Rex Serenissimus AUGUSTUS, cum REGINA Serenissima sese contulerat. 9.) Innuitur tota Serenissima Domus Regiæ.

*Paetolus; tamen illa vomit mage ditia dona
 Dextera, & AMALIAM Sacram perfundit & Aulam
 AMALIAE. Quam dulce, simul tot & ora tueri
 Cara tot, intimius teneris hærentia fibris,
 Et dextræ dextras conjungere, & oscula mille
 Figere. Cum primis ferventia pectore totò
 Vota DEO fiunt: dein cantibus æthera mulcet.
 Mirè dulcisonis Augusta MARIA, Ducissa
 AMALIE, quales modulans vix Daulias ales
 Dumofos inter frutices, sub nocte silente
 Ingeminat: blande reficit Chorus atque Nepotum
 Regius. At mage nil diceſſu triftius iſto.*

*Vix ea geſta quidem. Devincta POLONIA REGI
 Nomine non unò, (miſeræ namque & fame preſſæ,
 Rebus in anguſtis, patriò ſuccurrit amore,
 Et proprias pandit gazas, ac mittit egenti
 Pondera vaſta auri, maciemque à gente Polonum
 Hactenus inſuetò depellit more. Benigna,
 Hæc utinam nunquam tabeſcat 10) dextera!) Regem
 Et prece ſollicitâ, votisque invitât anbelis,
 Parva velit magnò pomoeria, clarus ut Eos
 Lumine Frauſtadii placidè luſtrare. Senatus
 Namque ibi Conſilium conſlatur, 11) & ardua regni
 Militiæque, domique negotia, quanta ſuperſunt
 Magnatum præſente Choro, præſente Coronâ
 Illuſtri Procerum verſantur, & ordine cuncta
 Procedunt ſuavi. REX advolat Iple citatò
 AUGUSTUS curſu. Tanti Præſentia Regis
 Vrget. Tam ſubitò, placidè & confecta tot horis
 Maxima perpaucis. Geminum quid vidit & Orbis.*

Ha-

10.) Vox fuit memorabilis AIDANI, Epilcopi Lindifarnenſis, ad OSWALDUM, Regem Britanniæ,
 argenteum diſcum diviſum, pauperibus diſtribuentem, cum Menſe aſſideret Paſchali Feſto, Hocuſq;
 Pontifex, (ſive Epilcopus Aidanus,) qui aſſidebat delectatus tali factò pietatis, apprehendit dexteram eius, &
 ait: Nunquam inveteraſcat hæc manus. Quod & ita juxta Votum benediſtionis eius provenit. Ita reſert
 Venerabilis BEDA, Eccleſiaſtica Hiftoria gentis Anglorum, Lib. III, c. 6 p. 98. Edit. Colononiensis, que
 prodit Coloniz Agrippinz, Anno 1601, in Forma Duodecima, 11.) Menſe Julio a, c.

*Hactenus, aut ætas? quali concordia vinclo
 Cunctorum unanimes (mirum) copulavit abeno
 Mentis. Kettlerò Curlandia cumque requirat
 Orba Ducem, legitur quem Russica suspicit Aula
 Insignis meritis, Comes ille BIRONIUS amplis.
 AUGUSTO rata sunt hæc Regi Vota. Nec ulla
 Est mora: submissas imo de pectore Princeps
 Finckiadæ grates depromit & ore Novellus.
 Te quoque Fraustadium ter felix atque beatum
 Suspicit, ac prono se Turcica lumine Luna
 Ad Te demittit, missò oris ac ab Eois
 Eximio, Regni Vice-Cancellarius 12) audit
 Legato AUGUSTO meritissima Jura Coronæ,
 Sero licet, lapsis ac pluribus hætenus annis
 Sarmaticæ tribuit Rex Turcicus ille superbus:
 Atria Regifico multum splendentia luxu
 Panduntur, Sceptrum, Solium folioque sedentem
 Vestibus ac aurò radiantem fulguris instar
 Miratur Regem, Regalis & Oris Honorem,
 Regalesque dapes, Aulæ pompas, & Opum vim,
 Armaque, & agresti non decantanda Camænà
 Reliqua, multijugo donatus Barbarus auro,
 Impia cum Castris Mahometica Sacra secutum
 Et notum superans recutitum Bonneval Orbi.*

*Interea coelo Geniorum excita Caterva
 Laudes atque DEO dulcissima cantica cantans
 Munere pro tanto, tanto Cumuloque bonorum
 Adstat, & ingenti retro comitatur euntem
 Agmine, mista quibus placidè, AUGUSTISSIMA Conjux
 Ad Königsbrucki Dresda lætissima, fines
 Obviat, & Regis caris amplexibus hæret.*

Ob-

21.) Legatus iste Ottomanicus ad solennem audientiam die undecima Jul. c. a. ad exhiben-
 das literas Credentia, les ut vocant, coram Serenissimo Poloniarum Rege: & die decima tertia, ejusd.
 Mensis, donò sub discessum admittus fuit.

Obviat & faciem non pigmentata, carensque,
 Fucò Relligio, nivea Vittaque revincta
 Crines, ac humeros tunica circumdata vili,
 Regis ad AUGUSTI devotè procidit, aram
 Qualiter ad sacram, devotè procidit atque
 Reginæ AUGUSTÆ ad Regalia Genva, salubres
 Usus Thermarum, Töppliz ubi balnea summis
 Apparat ac imis, Votis gratata profundis,
 Et gratata Sacrum, tua splendida moenia Neuhaus
 Intra, Concilium, cœlò applaudente coactum,
 Gestaque Fraustadii feliciter, Orbe stupente,
 Numinis auxiliò, spatium intra temporis arctum,
 Gratata: extensis ad lucida sidera palmis,
 Propitium assiduè sic supplice Voce fatigat
 Numen: Tristificæ procul hinc procul atq; repellat
 Spicula Morbonæ! valido stent robore Vires!
 Stent inconcussæ! & seros protendat in annos
 Aurea continuo Regalis stamina Vitæ,
 Qualis in AUGUSTUM, 13) quondam clementia, Romæ,
 (Vesicæque tamen, jecorisque doloribus 14) absque,)
 Imperiique Caput FRIDRICUM, 15) cœlica fluxit,
 Aut in Sarmatiæ SIGMUNDUM, 16) nomine Primum,
 Grandævum Regem: aut post tristia fata, voraci
 Absumpti muris Popieli dente, Piafti 17)
 Exemplo, centum fertur feliciter annos
 Exegisse, simul Gnesnæ bis binaque lustra,
 Addat & AUGUSTO tot, plures imò vel annos

Muni-

13.) De cuius longevitate vitæ Vid. SVETON, l. c. Cap. 100. 14.) Quesit est iste Imperator de Vesica, cuius dolore, calculis demum per Urinam ejectis, levabatur. Præterea graves & periculosas Valetudines, per omnem Vitam expertus est, de quibus Vid. Svet. l. c. Cap. 80. & 81. pag. 81. 15.) Inno Fridericum in ordine Tertium cuius Vitam exhibet ZIEGLERUS in Theatro Temporum. 16.) De hoc Sigismundo, notat dignum est, quod octogesimum secundum ætatis annum vivendò attigerit, & Cracoviæ in templo, Anno 1548. ipso Paschatis festo, inter pias meditationes atque preces, placide expiravit, referente ZIEGLERO, ad diem primum Aprilis. 17.) De hoc Piafto ZIEGLERUS ita: Piaftus verfugte sich in die alte Residenz-Stadt Gnesen, und erwies durch seine löbliche Regierung, daß die Pohlen diesemahl nicht übel gewehlet hätten. Endlich beschloß er Anno 861. sein Leben, nach einer 19. oder 21. jährigen Regierung, im 120. Jahr seines Alters, und hat die Ehre, daß die mit George Wilhelm, Anno 1675. erlöschene Herzoge von Liegnitz und Brieg, ihn vor ihren Anherm erkennen. Labyrinth. Num. 176, fol. 328. Videatur etiam Thom. LANSIUS in Consult. Oratione pro Polonia, Edit, in 4to, a. 1620.



*Munificum Numen! vel, si pote, taliter ævum,
 Transfigat, ut, quæ se post plura reseminat una
 Secla subinde ales. 18) Timidis Pax parcere sveta,
 Et sedet armipotens AUGUSTI pectore in uno
 Mavors. Expertum Gedanum. Documentaq; fractis
 Ædibus ac muris spirant: nec quas Duce forti
 Sborovio, intrepidus STEPHANUS 19) dedit ante ruinas,
 AUGUSTUS nec quas, hunc ante, ut fulmina sparfit
 Iras, dememinisse potest: experta Rebellis
 Insanumque furens, cæca ac, misereque cohærens
 Sæpius, ac iterum prostrata, deinde recepta
 Inque fidem, inque sinum REGIS, malesuada caterva,
 Sit modo, sit constans mens, perpetuumque perennet,
 Seclis venturis; furvum & detrudit ad Orcum.
 Triste Nefas, nigros Lemures, nocturna que Spectra
 Phæbus ut exorians proscribit, Furaque lance
 Dispensat miseris æquâ; Quid? Numina trina
 Et Patris AUGUSTI, Superum jam sede locati,
 Atque Jagellono 20) postremum stipite nati
 AUGUSTI, Augusto modo conspiciuntur in uno
 Mortales supra laudes, potiusque resultat
 Dicta olim Augusto: 21) Se vivere nempe per illum,
 Libertate, bonis, se fortunisque fruisi:
 Pectore vox hilari: Clemens servetque JOSEPHAM*

Au-

18.) De Phœnicæ, ave ista Arabica, solitaria, & semper unica, TACITUS, DIO, VICTOR, MELA; alii tradunt, eam annos quingentos vivere, utut quidam Patrum dubitent, & planè negent, veluti Nanzianzenus & Origines. Vide PLIN. H. N. Lib. XI. c. 2. SENECA. Epist. 42. nec non B. JAC. THOMAS, Diss. de Stoica Mundi exultatione, Dissert. IX. p. 79. sq.

19.) Dantiscum à Polonis, regnante STEPHANO, Anno 1576, gravi obsidione cinctum fuisse, testis est iterum ZIEGLERUS in Labyr. Num. 1622. fol. 1177. sq. 20.) HOTTINGERUS H. E. N. T. p. III. c. 14. Sect. 3. p. 866. ista habet. Lithuani, ultimi in Europa populi A. C. 1387. Christianismum induunt, Gentilium idololatriam deposita, & Vladislaus Rex in Vilna instituit Ecclesiam Cathedralē & Episcopatum, extirpatis autē idolis à Jagellone. Fuit autem Jagello Lithuanie Princeps, cui Poloni filiam Regis defuncti desponderunt, hac conditione, ut Christianus fieret & Lithuaniam Polonice regno adjungeret, quâ conditione accepta, die 12. Februarii baptizatus Ladislaus vocatur, depositò Jagellonis nomine, Addatur CALVSIUS ad annum 1370. & 1386.

21.) Fortè Puteolanum suum prætervehenti AUGUSTO, vectores, nantque de nave Alexandrina, quæ tantum, quod appulerat, candidati, coronatique, & thura libantes, fausta omnia & eximias laudes congesterunt: Per illum se vivere, per illum navigare: libertate, atque fortunis per illum frui. Quâ re admōdum exhilaratus, quadragenos, aureos comitibus divisit, referente SVETON, c. 98. p. 91.

*AUGUSTAM Numen, Cedri florentis ad instar,
 Annosæ aut quercus, terræ radicibus hæret
 Imis, ramosos latè explicat atque lacertos,
 Qualiter excellens Hispana Johanna 22) Philippi
 Conjux, explicuit felici fidere ramos,
 Induperatores binos, CAROLUM, quoque Primum
 Ac Ferdinandum, Reginas Quatuor atque
 Europes, uteri faustissima pondera donans.
 Servet & AMALIAM Sacram, non illius Euris
 Cælestem imminuat violentior aura decorem,
 Pluraque de se se viridantia surgere cernat
 Germina, Cæsareos magnos referentia vultus
 Haut dubie: servet pariter Capita Alta Nepotum,
 Qualia tot numero, series annosa Polonum
 Vnius historiæ potis est vix sistere Regis,
 Florida, purpureis ac condecorata Coronis,
 Nec, nisi quam serò redeant in fulgida tecta
 Cæli. Victrici cingat pia tempora fronde
 Induperatoris CAROLI, palmasque virentes
 Turcarum contra turmas, (queis Omer & Aly
 Junctus adest,) alios ac hostica signa parantes,
 Et lauris lauros CAROLINIS, RUSSICA adauget
 Fœdere quas Virtus, cumulatiùs insuper addat!
 Auspiciis etenim cum jacta sit alea 23) faustis
 Ac Musulmannos atrox invaserit horror,
 Quid superest, nisi jam Cælo donante, triumphi?
 Et Cælo resonat vox læta: Triumphè! Triumphè!
 Sic ad Victoris CAROLI prosternitur alta
 Nissa pedes, tremulas Portarum & cernua Claves
 Porrigit, illarum faciem Velamine, apertam*

Et

22) De Johanna Philippi Primi Hispaniarum Regis Conjuge, ejusque fecunditate Videatur MARIANA Hist. Hispanica, & ex eo ZIEGLERUS in Theatro Temporum, addiem 28. Sept. f. 117.

23) Vox Julii CASARIS fuit, ad Rubiconem flumen, ostentò factò. Eatnr, quò Deorum ostentò, & inimicorum iniquitas vocat, jacta alea est, testò SVETON, in CÆSARE, c. 32. p. 15. Edit. Cafauboniana.

№ 1857 A

Et pudor & dolor ecce Ducis præcordia rodens,
 Obtegit, ac multum obnitens, sed robore fractum.
 Münnichii Herois, cum fulserat Altera Juli
 Clara dies, pretiosa dies, fastisque notanda,
 Et celebranda dies, (hac unâ millia bis sex
 Namque supra, feralis & ensis, & ignis, & unda
 Fortunante DEO, Turcarum misit ad umbras
 Nigrantes Erebi,) veneratur Ruffica Sceptra
 Oczacow : ac Sceptris His colla ferocia subdat
 (Post profligatas tantas tot mille phalangas,
 Sextilis lux altera, tertia, quarta micabat,)
 Bender. Adhuc statuat quoque plura tropæa JEHOVA!

Hæc ubi Relligio Numen Venerata supremum,
 Dixerat : excelsi spatia alta petivit Olympi.



112



n. 10, 27.

Vd
1857

De
Auspicato Thermarum Töpplicienfium usu
in Bohemia:

Neuhufii Conventu Serenissimo

Itidem in Bohemia:

Nec non

iciter Senatus Consilio

ustadii in Polonia,

entissimoque Principi ac Domino,

DOMINO

DERICO

GUSTO,

igno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae,
yovia, Vollhinia, Podolia, Podlachia, Liff-
eria, & Ztcernicovia, Duci Saxoniae, Juliaci,

LECTORI, Landgravio Thuringiae, Mar-

terioris & Inferioris Lusatiae, Burggravio Mag-

Dignitate Comiti Hennebergico, Comiti
nsbergico & Barbienfi, Domino
in Ravenstein,

uo Clementissimo

Voto Devotissimo
Humillima animi Subjectione

rico Carmine,

submississime
gratularae

FREDUS SCHMIDIUS, Dresd.

Stollbergenfis Ecclesiae Pastor Primarius, & Ephoria
Chemnicenfis Adjunctus.

Mense Septembri, MDCCXXXVII.

DRESDAE, impressum typis CRUSIANIS.

